



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De episcopo accusato, & ab accusatoribus recipiendis, & vocatione.  
clxxiiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

episcopis thortas, criminari non possunt, nec in eos testificari, qui  
Africa ad eundem non debent, nec possunt prouehi honorem.

missis, ca.  
10.

*Quae sint infames personae. Cap. CLXXIII.*

Ex epist.  
Stephani  
papae ad  
Hilariū.

**I**NFAMES autem esse eas personas dicimus, quae pro aliqua culpa notantur infamia, id est, omnes qui Christianae legis normam abiiciunt, & statuta Ecclesiastica contemnunt. Similiter fures, sacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos, sepulchrorum quoque violatores, & apostolorum atque successorum eorum religiosa sanctorum patrum statuta libenter violantes: & omnes qui aduersus patres armantur, qui in omnimundo infamia notantur. Similiter & incestuosos, homicidas, periuros, raptos, maleficos, beneficos, adulteros, de bellis fugientes, & qui indigna sibi petunt loca tenere, aut facultates Ecclesiae abstrahunt iniuste, & qui fratres calumniantur, aut accusant, & non probant: vel qui contra innocentes principum animos ad iracundiam prouocant, & omnes anathematizatos, vel pro suis sceleribus ab Ecclesia expulsos, & omnes quos ecclesiastica vel seculi leges infames pronunciant: nec seruos ante legitimam libertatem, nec poenitentes, nec dygamos, nec eos qui curiae deseruiunt, vel qui non sunt integri corpore, aut sanam non habent mentem vel intellectum, aut inobediētes sanctorum decretis existunt. Hi omnes nec ad sacros gradus debent prouehi, nec isti, nec liberti, neque suspecti, neque rectam fidem, vel dignam conuersationem non habentes, summos sacerdotes possunt accusare.

*De Episcopo accusato, & ab accusatoribus recipiendis, & uocatione. Cap. CLXXIII.*

Ex decr.  
Felici pa  
papae episco  
pis p Gal  
liam costi  
tutis mis  
sis, ca. 9.

**S**I quis episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus: postquam ipse ab eis charitatiuē conuentus fuerit, ut ipsam causam emendet, & eam corrigere noluerit: non olim, sed tunc ad summos primates causam eius canonicē deferatur. Qui in congruo loco infra ipsam prouinciam tempore congruo, id est, autumnali, vel aestiuo, concilium regulariter conuocare debent, ita, ut ab omnibus eiusdem prouinciae episcopis mihi audiatur. Quo & ipse regulariter conuocatus, si eum aut infirmitas, aut alia grauis necessitas non detinuerit, adesse debet: quia

vltra prouinciæ terminos, accusandi ante licentia nõ est, q̄ audiētia rogetur. Quod si quoquo modo præsumptum fuerit, statuerunt, vt, antequam & proprius locus, & sua omnia ei legibus redintegrentur, nullatenus à quoquam accusetur, aut criminetur: & nisi spõte elegerit, cuiquam pro talibus respondeat. Sed postquam vt præfixum est, restitutus fuerit, & sua omnia ei legibus redintegrata sunt, dispositis ordinatisque suis, magnum spatium tractandi causam ei concedatur. Et postea si necesse fuerit, regulariter vocatus veniat ad causam: & si iniuste visum fuerit, accusantium propositionibus sustentatione fratrum respondeat. Nulla enim permittit ratio, dum ad tēpus eius bona, vel Ecclesiæ, atque res ab æmulis aut à quibuscūque detinentur, vt aliquid illi obiici debeat, nec quicquam potest ei quomodolibet maiorum, vel minorum obiici, dum Ecclesiis vel rebus aut potestatibus caret suis.

*De damnatione Episcoporum accusantium Episcopum, absque auctoritate apostolicæ sedis.*

Cap. CLXXV.

**S**I quis ab hodierna die & deinceps Episcopum præter huius sanctæ sedis sententiam dānare, & à propria pel- lere sede præsumperit, sciat se irrecuperabiliter esse dā- natum, & proprio perpetim carere honore: eosque qui absque huius sedis sententia sunt eiekti, vel damnati, huius sanctæ sedis auctoritate scitote pristinam recipere cō- munione, & in propriis restitui sedibus. Quoniā & prius, à tempore scilicet apostolorum, hæc sanctæ huic sedi cō- cessa sunt, & postea in memorata Nicæna synodo propter prauorum hominum infestationes, atque hæreticorū per- sequutiones: & insidiantium molimina fratrum, sunt con- corditer ab omnib⁹ roborata, vt magis singuli præuideāt, ne talia audeant perpetrare.

*Vt accusatus vel iudicatus ab episcopis comprovincia- libus licenter appellet, & adeat Romanum pontificem.* Cap. CLXXVI.

**P**Lacuit vt accusatus, vel iudicatus Episcopus à cōpro- uincialibus in aliqua causa episcopis licēter appel- let, & adeat apostolicæ sedis pontificem, qui aut per se, aut

Cap. In-  
ly papæ  
8. Orien-  
talib⁹ epi-  
scopis mis-  
sum.

Ex decr.  
Victoris  
papæ. cū-  
ctis fra-  
tribus a-  
lexandria,  
cap. 1.